UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IOAN. PETRI || MAFFEII,|| BERGOMATIS,|| E SOCIETATE || IESV,|| HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI.|| SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI IV.||

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Gasparis Vilelæ ad Societatem Iesu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64627

Visual Library

SELECTARVM EPISTOLARVM EX INDIA LIBER TERTIVS.

GASPARIS VILELÆ ad Societatem Ieſu.

ANNO MDLXI. Auguſto menſe vr-
bem Sacaium ingreſſus ſum, quæ in
Septentrionem ſita, gradus obtinet
quinque & triginta, & ſemis. Cumq;
Euangelium in ea promulgare cępiſ-
ſem, multos repperi, qui verum id eſ-
ſe faterentur, ſed quò minus ex eo vi-
rent, famæ & exiſtimationis ratione impediri. gen-
n enim diuitijs affluentem, & dignitatis in primis aui
m facilè abſterret diabolus iniurijs & contumelijs
ponēdis, quib⁹ in hac vita Chriſtiani ferè ſemper ob
xij degunt, ſi ducem ac liberatorem ſuum imitari
luerint. quò fit, vt ęgrè admodum Saçaiani ad Baptiſ-
m accedant. quanquā in ijs ipſis difficultatibus qua-
ginta circiter baptizati ſunt, in quibus erant milites
tuordecim prætoriani, quorū ita inſignis, vitæ mo-
nque mutatio conſtitit, vt è lupis agni manſueti non
magna omnium admiratione facti eſſe videantur.
Atque vt Sacaium per eos dies Meaco diſcederem,
nitus equidem factum credo, ne videlicet in ea peri-

cula

cula inciderem, quæ mihi nec opinanti imminebant.
tenim mẽſe poſtquã inde exceſſi, Meacum quad
millium armatorum obſedit exercitus: quæ cau
ſa fuit, cur ad Chriſtianos, ſicuti promiſeram, non
rem. Illius aũt incommodis belli Sacaium vrbs
munis, in primis Iaponis totius contra omnes ho
impetus munitiſſima. nam ab Occidente alluitur
ab alijs verò partibus profundiſſima cingitur foſſa
quis plena perpetuis. Atq; etiam inteſtino omni
tu ac ſeditionibus vacat, nec rixæ fermè audiuntur
enim vrbis viæ ſuas quæque portas, & cuſtodes ha
ſtatimque cùm opus ſit, occludantur; nullus con
fugam exitus patet, ſed continuò comprehenſi ad
nalia pertrahuntur. Quamquam ij qui inter ſe
tias gerunt, ſi alter alteri ad iactum lapidis extra
occurrant, ſe inuicem malè admodum accipiunt.
bellum Meacenſe reuertor, cuius exitus fuit
Cognita vrbis obſidione patruus Regis, confe
exercitu in ſubſidium venit: huic obuiam
parte Neugori Bonzij, qui hominum ordo
litiæ Rhodiæ ſpeciem refert. Caſtris igitur Meac
ter, & Sacaium locatis, crebra prælia commi
ita tamen, vt res Bonziorum ſemper eſſet ſuperior
que vigeſimo die, cùm ad vniuerſam dimicatio
tum eſſet, Regis patruus victus, quoddam in ca
fugit. Rex autem Meaci, eius rei nuntio audi
cem recepit vrbe deſerta, quæ ab hoſtibus ca
incendioque vaſtata eſt. ijdem ſequuti victo
ad caſtrum de quo diximus, mons; patruum
que copias omninò delere parauerant: cùm Rex
exercitu viginti millium hominum quàm
inſtructo, & ingenti flumine ſuperato, hoſtes
tes tãto impetu oppreſſit, vt cũ eſſent ad hom
ta millia, fuſi fugatique ſint. quos Rex deinde
cum patruo viribus fugientes Meacũ vſque
ta ipſorum cæde vrbẽ recepit, vt multos
ctoria debellatũ eſſe exiſtimetur. Itaq; aduerſa
tremam ſibi perniciẽ metuens, pacem ab Rege

interponente Vo, ſiue Dairi, qui rebus ad honorem dignitatemque pertinentibus toto Iapone præſidet, impetrauit. In his tamen belli periculis, & calamitatibus, tẽplum noſtrum Dei beneficio integrũ, & incolume perſtitit: & in ipſa obſidione Laurentius Iaponius Meacum bis penetrauit (nam me ipſum per litteras Coſmus ante ſedatos tumultus eò redire planè vetuerat) ſemel ad celebrandas cum Chriſtianis Natales Domini ferias: iterũ ab iiſdẽ euocatus ad gratias principibus ciuitatis agendas, qui Bonzios cùm templum noſtrũ per vim occupaſſent, iniuſta poſſeſſione magno bonorũ gaudio depulerant. Toto eo belli tẽpore, quod annũ circiter viguit, pia quędam munia Chriſtiani Meacenſes obiêre, tribus in ſingulos menſes viris inſtitutis ad pauperũ incõmoda ſubleuanda eleemoſynis, quæ ob eam ipſam rẽ in commune conferebantur: cũ etiã ſemel in menſe in conſilio publico de ipſorum pauperum commodis ageretur. Mulier verò Chriſtiana in primis locuples, & honeſta, cùm liberos non haberet, partem ſuã bonorum à marito obtinuit; eamque in mendicos, lepra vlceribusque tota vrbe finibusq; Meacenſibus laborantes, quamquam nonnullis obtrectantibus Bonzijs, magna tamen cæterorũ omnium, qui nihil vnquam ſimile viderant, admiratione atque approbatione diſtribuit.

Multa in his locis cœnobia Bonziorũ viſuntur, in quæ (aiunt) pœnitentię cauſſa ſe recipiunt, qui mundo nũtium remisêre, denſis adeo tenebris obcœcati, vt nefaria flagitia in hiſce cœnobijs admittere nulla religio ſit: nã diſcrimine rectè vel perperã facti cõfuſo, ſeditionibus, furtis, rapinis, cædibus, cuncta miſcentur. Quam etiã ob cauſſam ex ijs quidam nomine Cacubau, vt ex ea videlicet hominum colluuione, fæceque emergeret, ſocijs aliquot ſecum adhibitis, Bõziorum formam inſtituit, eorum qui Neugori nominantur: quorum alij precibus vacant, alij militiæ, alij quinis quotidie ſinguli perficiẽdis ſagittis. Arma verò ſemper habent parata, principẽque familiæ ſuæ Cacubau in deorum numero venerantur. Rectorem cui pareant, habent nullũ. viribus namq;

certa-

certatur. & quamquam in conſilijs, qui ætate
priores ſententiam rogantur; ſuffragiorum
ra vſque adeo promiſcua ſunt, vt quòd reliqui
communi ſententia decreuerint, vnus modò
ſerit, prorſus impediat. Itaque ad vnam eandem
liberationem toties conuenitur, quoad planè
nemo. Vbi verò tenebræ ſe intendêre, ſæpe ſeſe
perimunt, ac diripiũt: nec tamen idcirco ſepulcra
violare, cùm ijdem muſcam, aut paſſerem necare
ducant, quod legibus ſuis quicquam animatum
tur occidere.

Nunc paucis exponam, quod anno ſuperiore
fugit, Iaponij miſeri, cùm ad ſedes, vt ipſi putant
rum migraturi ſunt, qua ratione ſe ad iter acc
Eas autem eſſe varias opinantur: alias infra
alibi, certis præpoſitis dijs, qui à quibus in vita
cos in ſuum quiſq; domicilium præmij loco
atque ad infernas quidem ſedes qui proficiunt
maximè modo ſe cõparat. Dies complures
& ex quodam quaſi ſuggeſto de mundi contemptu
cionatur. huic alij ſeſe comites adiungunt,
eleemoſynæ cauſſa largiuntur. nouiſſimo
rationem habet ad comites, qui pro amicitia
nes epoto vino, conſcendunt naui̇culam,
ad ſpinas rubuſque qui occurrunt in itinere
nouiſque induti veſtimentis, manicas lapidibus
unt: ad collum autem ingenti ſaxo religato,
ad paradiſum illum ſuum perueniant, ſeſe
ſponte præcipites dant. Quem mihi videre
ſeptem comites ſequebantur, qui quidem
nimi alacritate & gaudio in mare ſeſe proiecerunt
nouitate ſpectaculi planè obſtupuerim. Qui
dam venerantur, alium ritum obſeruant.
um cepit vitæ, in ſpecum ad inſtar dolij, in quo
re poſſint, ſeſe conijciunt, ita ex omni parte
vt vna tantùm ex arundine perforata ſpiritum
atque ita ieiuni ad mortem vſque perſiſtunt,
Deum illum ſuum, ſeu potius dæmonem

Nuper in hac vrbe Sacaio contigit (quod tamen vt audio haud inſolitum eſt) vt Bonzius quidam pecunioſus, omni ſcelere ac nequitia infamis, annos natus ſeptuaginta, cùm in morbum incidiſſet, ſe mori nolle affirmaret. Idem interdiu comedens repente ex omnium conſpectu prorſus ablatus eſt: quod ipſi quoque Iaponij malum & infauſtum interpretantur. Eſt autem in his locis opinio è falſis vatum prædictionibus, ex hoc tempore omnia fore ſemper pacata. id autem ea ratione confirmant, qđ annus hic poſt milleſimum & quingenteſimum alter & ſexageſimus; poſtremus ſit (vt ipſi aiunt) inferiorum, quos a quadringẽteſimo ſeptuageſimo numerãt: & propterea hoc anno dicũt facinoroſos omnes bello cõſumptũ iri, vt pax in poſterum vigeat, quã illis dare dignetur Dominus, quò lati⁹ ſanctiſſima ipſius religio ꝑuagetur.

BALTHASARIS GAGI ad Socios.

QVI ſtatus eſſet rerum Iaponicarum, & quibus Deo fauente laboribus in vrbe Facata perfuncti eſſemus, per litteras vobis expoſui anno M D L I X. nunc ea perſcribam, quæ mihi Goam ex Iapone repetenti in itinere ſeſquianni ſpatio cõtigerunt. Cùm certis de cauſſis Coſmo Turriano neceſſarium viſum eſſet, vt aliquis noſtrum proficiſceretur in Indiam; ego eam peregrinationem obire iuſſus comite vno è fratribus qui cælum Iaponium non ferebat, Rege, Sociis, & vniuerſa Bungi Eccleſia ſalutata, ſexto Calend. Nouemb. M D L X iuncum (nauis genus id eſt) vterque cõſcendimus, & duodecim dies vento vſi ſumus ſecundo, vt nobis iam in conſpectu eſſet ora Sinarum, poſtridieque nos putaremus portu Veniaga potituros, vbi ſemper quingenti, aut ſexcenti Luſitani morantur. vectores igitur & reliqua naualis turba, proſpera nauigatione plus æquo elati, præmaturis gratulationibus atque conuiuijs commeatum nauticum conſumere atque exhaurire cæperunt. In hac animi iucundi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN